TRACTATVS
aliquot docti & vtiles, in materia
DEFENSIONIS,
TAM CONTRA VIM MAIOREM, ET INIVRIAS QVASCVNQVE, CORPORI, BONIS aut famæ illatas, quàm aduerſus quaſcunque accuſationes & inquiſitiones, ratione criminum intentatas, clariſs. Iuriſconſultorum:

FRANCISCI ZOANNETTI,
BARTHOLOMAEI ROMVLEI,
IACOBI NOVELLI,
FORTVNII GARCIAE, ET
MARII SALOMONII.

Diligenter recogniti, & à quàm pluribus mendis repurgati. Cum Summarijs & INDICE *locupletiſſimo.*

COLONIAE
Apud Geruinum Calenium, & hæredes Quentelios. M. D. LXXX.
Cum gratia & priuilegio Cæſareæ Maieſtatis.

Coll. Soc. Iesu Salm. ex dono Regum.

CANDIDO LECTORI S.

CVM DEFENSIONIS materia valde fauorabilis ſit, vtpote quæ iure naturæ nitatur, & ad tuendã humanam ſocietatẽ cum primis ſit neceſſaria: merito eius ratio ſumma in Repub. haberi debet. Vt ſcilicet hoc diligenter curetur & caueatur, ne aliquis alterũ iniuſtè in corpore, bonis, vel honore lædat: & alter, laceſſitus, rurſus iuſtæ defenſionis metas nõ excedat. Et cùm innoxij etiã ſæpè iniuſtis maleuolorũ hominũ accuſationibus & inquiſitionibus iniquè vexẽtur, æquũ eſt, & eorũ rationẽ haberi, eorũque defenſionẽ ſuſcipi, & quatenus inſontes ſunt, eos piè tueri. Quod vtrobiq; quomodo iure cautum & permiſſũ ſit, Tractatus huius libelli elegãter & ſolidè pertractãt & docẽt. Qui cùm nõ facile hodie vbiq; reperirẽtur, & materiam contineãt in foro & praxi frequentiſſimã, non abs re me facturũ ratus ſum, ſi eos recognitos & emẽdatos ſimul vnico hoc libello Studioſis Iuris & Practicis offerrẽ. Tuum nunc eſt, cãdide Lector, ijs ad Reipublicæ tranquillitatem, & bonorum ac innocentum tuitionem rectè & piè vti, & in hoc quoque noſtrum qualecunque officium agnoſcere. Vale.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA SALAMANCA REGISTRO DE LA PROPIEDAD

FRANCISCI ZOANNETTI BONONIENSIS I. V. DOCTORIS, EQVITIS'QVE AVRATI, SA-
cratißimi Imp. Ferdinandi primi &c. Conſiliarij, & in celeberrimo Ingolſtadienſi Gymnaſio Ordinarij Legum Profeſſoris primarij.

TRACTATVS DEFENSIONIS TRIPARTITÆ, AD L. VT VIM. ff. De iuſt. & iu.

Defenſionis pars prima.

1 MATERIAM *l. vt vim. ff. de iuſt. & iur. vtilißimam eſſe, quæ & auditorum animos iucundè ac ſuauiter demulceat.*

2 *Verba illa in textu, vim atque iniuriam, ſeparatim accipienda.*

3 *Defendere corpus ſuum quiſque tenetur, ex præordinata charitate: Alioquin peccaretur ab eo, ac ſi vim ſibijpſi intuliſſet.*

4 *Iniuriam quis ſibijpſi an inferre poßit? deciditur quòd ſic, nu. 5. 6. 7.*

6 *Corpus ſuum quis vulnerans, aut vulnerare adnitens, ciuili etiam lege eſt puniendus.*

8 *Iniuriam verbalem, non fieri volenti & conſentienti, ſed realem*

9 *Conſenſus & voluntas hominis contra ius publicum*

 ade

BARTHOLOMÆI ROMVLEI FLORENTINI CLARISSIMI IVRECONSVLTI, ET IN CElebērrima Ingolſtadienſi Academia Legum Profeſſoru ordinarij Primarij.

COMPENDIVM SEV TRACTATVS, IN VTILISSIMA ET QVOTIDIANA MAteria homicidij, ad ſui corporis tutelam, ex propoſito, & caſu perpetrati, in inſigni L. vt vim. De iuſtit. & iur. explicata.

FLORENTINVS LIBRO PRIMO INSTITVTIONVM.

VT vim atque iniuriam propulſemus. Nam iure hoc euenit, vt quod quiſque ob tutelam corporis ſui fecerit, iure feciſſe exiſtimetur, & cùm inter nos cognationem quandam natura conſtituit, cõſequens eſt, hominem homini inſidiari nefas eſſe.

1 HOMICIDIVM *omnia iura deteſtantur.*

2 Non

DEFENSIONEM OMNIVM REORVM ADVERSVS QVASCVNQE ACCVSATIOnes, & inquiſitiones pro quibuſcunque criminibus, docens.

TVM AD THEORICAM IVRIS, tum ad communem omnium tribunalium vniuerſæ Europæ ſtilum, & praxim accommodatus.

IACOBO NOVELLO IVRECONSVLTO AVTHORE.

CORAM VOBIS Magnifico, clariſſimo Domino Marco Antonio Mauroceno D. Præfecto Tar. Cvm ratione officij, pietatis, amoris paterni, ac etiam pro particulari intereſſe tam ex iuris diſpoſitione, quàm ex antiqua conſuetudine hactenus in viridi obſeruantia exiſtente, parentes ipſi ad defenſionem filiorum abſentium admitti conſueuerint: nõ immeritò compareret Dominicus della Marcha, vti pater, & legitimus adminiſtrator omnium bonorum Antonij Mariæ eius filij, ac pro intereſſe ſuæ patriæ poteſtatis, vnà cũ Domino Iacobo de Nouello, D. eius aduocato, cauſa & occaſione prædictũ eius filium defendendi ab aſſerta inquiſitione veſtra, per vos veſtrumóque officium contra eum formata, de homicidio ſequuto in perſonã quondam Tirij Cremonenſis, ex percuſſione cum langerio eidem quondam Tirio per dictum Antoniũ Mariam illa-

FORTVNII GARCIÆ HISPANI I. C. CLARISS. DOCTISS. COMMENTARIVS in l. vt vim. ff. de iuſt. & iur.

SVMMARIVM.

1 *Violentiæ ac iniuriæ propulſionem eſſe de iure gentiū. & quæ ſit huius ratio. & nu. ſeq.*

3 *Bannitos an iure communi liceat offendere. & num defenſio illis ſit permiſſa. & nu. 6.*

4 *Moderamen inculpatæ tutelæ, quod in repellenda vi eſt adhibendum, ſit ne de iure gentium ac naturali, nec ne de iure ciuili. & nu. 12.*

5 *Defenſio ſit ne permiſſa ei, qui licitè offenditur. & nu. 10.*

7 *Adulter, à marito, vel etiam à patre mulieris offenſus, poteſt licitè ſe defendere.*

8 *Defenſionis modum excedens, iniuſtè agit: & quòd eo caſu poßit offendens ſe defendere.*

9 *Defenſionis modum excedens, non eſt puniendus pœna ordinaria ob hoc ipſum quòd iniuſtè egit.*

11 *Defenſio ſit ne iuris naturalis.*

13 *Iniuriam propulſare, ſit ne iuris naturalis.*

14 *Occidens alium ſeipſum defendendo an peccet: & an irregularis fiat.*

15 *Defenſio ſit ne prohibita iure diuino, & an ſeipſum defendens peccet. & nu. ſeq 18. & 19.*

16 *Peccatum eſſe contra rationem naturalem, non autem ſecundum eam.*

20 *Occidens aliū iure permittēte, an peccet. & 22. & 23.*

21 *Ius peccandi facultatem non tribuit, ſed nec tribuere poteſt.*

24 *Defenſio pro re propria an ſit licita, quemadmodum pro perſona: & an pro defenſione rerum liceat alium occidere. & nu. ſeq. & 27. & 30.*

MARII SALOMONII I.C. REPETITIO IN L. VT VIM. ff. DE IVST. ET IVR.

FLORENTINVS.

VT vim atque iniuriam propulſemus. nam hoc iure euenit, vt quod quiſque ob tutelam corporis ſui fecerit, iure feciſſe exiſtimetur: & cùm inter nos cognationem quandam natura conſtituit, conſequens eſt hominem homini inſidiari nefas eſſe.

SVMMARIVM.

1 *Cognationem inter homines natura conſtitutam violare, impium eſſe.*

2 *Defenſio quid ſit.*

3 *Aduerſarium quando liceat præueniendo cædere.*

4 *Iniuriam verbalem an liceat propulſare.*

5 *Vi propulſata, quæ à plebeio inferebatur ſenatori vel patritio, an pariter iniuria cenſeatur propulſata.*

6 *Tutelam inculpatam ex tribus conſtitui.*

7 *Tutelam inculpatam non ſemper exigere, vt æquo Marte reſiſtatur. & nu. 9.*

8 *Homicidij non teneri eum, qui aggreſſorem occiderit.*

10 *Defenſionis exceſſum differre ab inculpatæ defenſionis exceſſu.*

11 *Defenſionis inculpatæ modum excedens, an & quomodo ſit puniendus.*

12 *Occidens aggreſſorem ſuum fugientem quatenus puniendus ſit.*

13 *Emendationem tranquillo animo & innocenter fieri debe-*